Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26339
Copyright: Admont, Benediktinerstift

minimis meis fratribus mihi fecistis. Tunc
dicet et his qui a sinistris erunt. Discedite
a me maledicti in ignem aeternum.
qui paratus est diabolo et angelis eius.
Esuriui enim. et non dedistis mihi man
ducare. Situi. et non dedistis mihi potum.
Hospes eram. et non collegistis me. Nu
dus. et non operuistis me. Infirmus. et
in carcere. et non uisitastis me. Tunc
respondebunt ei. et ipsi dicentes. Domine.
quando te uidimus esurientem. aut
sitientem. aut hospitem. aut nudum.
aut infirmum. uel in carcere. et non mi
nistrauimus tibi. Tunc respondebit illis.
dicens. Amen dico uobis. quamdiu non
fecistis uni de minoribus his. nec mihi
fecistis. Et ibunt hi in supplicium
aeternum. Iusti autem in uitam
aeternam.